



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 186. Uterque Rex cum Reginis suis Lutetiam Parisiorum ingressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.  
A.C. 1420.

§. CLXXXVI.

*Uterque Rex cum Reginis Lutetiam ingressus.*

*Walsing. in  
Henric. V.*

**Q**uibus confectis ambo Reges Lutetiam veniunt, & prima Dominica Adventus ingenti pompa urbem ingrediuntur, sequenti vero die non minori solemnitate utraque sequebatur Regina, festivis populi acclamationibus excepta, Die sexta Decembris tres Regni Ordines conventum agentes, censum argenti sellarum imponebant, quo Cives, Mercatores, & Clerici octavam bonorum partem conferre jubebantur. Adiit Angliæ Regem Parisiensis Universitas, supplicans, ut ab hoc onere eximeretur, sed surdas pulsabat aures, & Deputati precibus suis pertinacius insistentes, inhumaniter repellebantur; additis quoque carcerum minis; quocirca, ne in suspicionem etiam adducerentur, ac si Armenia- corum fautores essent, protinus recesserunt.

§. CLXXXVII.

*Delphinus a sententia in eum lata provocat.*

*Monstrelet.  
Vol. I. c. 224.*

Die vigesima tertia ejusdem Mensis Philippus Burgundiæ Dux, praesente utroque Rege, eorumque Senatoribus in